



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

57. Do. 24. post Trin. de hæmorrhossa. Matt. 9.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

DOMN. TOTIVS ANNI. 119

lizaret. 2. hic *Cæsarem* anteponi Deo, quia Deo obedire nequit, qui rebellis est Imperatori, vel superior suo immediato; sicut neq; Deum diligere potest, qui proximum odit.

DOM. XXIV. POST TRINIT.

De principis filia, & hamorrhoiſſa. Mat. 9. 1.

Princeps Synagoga cum adorato Christo petisset manum imponi filia defuncta, ad domum eius secutus est. & eiecta turba cum vicinibus, manum apprehendens eam excitavit. Considera tria fecisse principem illū. primo se publicè ad pedes Christi abiecit. 2. impensè eum rogavit pro filia; credidit tactu manuum posse sanari: sic si quid exorare velis à Deo. primò valde humilia te coram Deo. *Oratio enim humiliantus se penetrat nubes.* 2. ora non cepidè, sed cum affectu. 3. cum fiducia te impetraturū, nihil haesitans, vt docet B. Iacobus. 2. considera Christum omiſſa concione mox surrexiſſe, vt promptè operam cum exigitur proximo accommodemus etiam in temporalibus. Magdalenā enim & Martha sunt sorores. 3. considera per eiectā turbā moneri nos si velimus à prava vita resurgere, malā societate deserendam, & desideria inutilia.

Eccl. 35.

Iac. 1. 1

H 4 *Mulier*

2. *Mulier sanguinis fluxum diu passa, rursus, miler, vt no, retq, sanac, D*
 tetigit fimbriam vestis Christi, dicens in
 se. Si tetigero, salua ero Considera ex multo
 Christum securis, hanc mulierem tantu
 fuisse sanatam. quia non pari fide & deu
 tione cum h. c. securi sunt. Nos ergo, q
 toties ad ius altare Domini sanctum, v
 deam, vt debita deuotione adeamus, r
 tangendo Christum nullum referam
 suctum. 2. hanc mulierem non sanata
 cum proposuit tangere vestem Christi, se
 cum tetigit, vt discas, non satis esse propo
 situm facere vitæ emendandæ, sed reip
 mendandam 3. eam fimbriam, id est, ex
 tremam tantum partem vestis Christi at
 tigit. Fimbria illa est Christi passio respo
 ctu totius vitæ, quam si solam humiliter
 meditando & imitando tangamus, vale
 bit ad omnes infirmitates nostras curan
 das.

3. *At Iesus conuersus dixit illi. Confide filia, tot, pa, con, tho, con, bus, id e, re,*
 fides tua te saluam fecit. Considera, Christi
 sanitatem restitutam non suæ virtuti, sed
 fidei mulieris tribuere, vt doceret nos, in
 bonis operibus nostris non quærere lau
 des nostras, sed solam Dei gloriam. 2. hanc
 amabili loquendi formula eum declarant
 voluisse, quam benigne non vt iudex seue
 rus,

rus, sed vt clemens Pater peccatorem hu-
mitem & compunctum recipiat. Deinde
vt nouum solatium illi afferret, intellige-
retque ipsa se etiam spiritualiter in anima
sanatam; ideo enim vocat filiam.

DOMINICA XXV. POST
TRINITATIS.

De abominatione desolationis.

Matth. 24.

Dixit Iesus discipulis. Cum videritis abo-
minationem in loco sancto, tunc qui in
Iudaa sunt, fugiant ad montes, & qui in te-
plo, non descendant: & qui in agro, non re-
uertantur tollere tunicam suam. Considera,
nos hic doceri, quid agere debeamus, quã-
do est talis desolatio, hoc est, cū sacra ne-
gliguntur, imagines dei ciuntur, Missa ab-
oletur, Catholici expelluntur, vt nunc fit
toto fere Oriente, & magna parte Euro-
pæ. Primò enim qui in Iudaa sunt, id est,
constantes manent in cōfessione fidei Ca-
tholicæ debent fugere ad montes, id est,
contemplari cœlestia, & in bonis cœlesti-
bus spem suam figere. 2. manere in tepte,
id est, omnia terrena calcare, & contem-
re, nec solliciti esse de temporalibus, 3. ina-

H s gro